



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.I.], 1579**

**VD16 V 541**

De Capellis Monach. & aliorum Religiosorum. Titulus XXXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

putatis exercere possit, c. monasteria, 18. q. 2. &  
Hostiens, hoc tit.

## DE CAPELLIS MONACH. & aliorum Religiosorum.

### *Titulus XXXVII.*

**P**ari ratione capellæ monachorum Episco-  
po, in cuius territorio sunt sitæ, subiectiuntur:  
ita, ut nulla consuetudine obstante, de ipsis  
Episcopos pro arbitrio statuere possit: nisi hui,  
iurisdictioni speciali priuilegio, vel legitima  
prescriptione probentur exemptæ, c. cùm vene-  
rabilis, &c. seq. c. constitutus, extr. de relig. dom.  
&c. auditis, extr. de præscrip.

## DE IURE PATRONATVS.

### *Titulus XXXVIII.*

#### Continuatio.

**I**nstitution regulariter non fit, nisi ad presenta-  
tionem patroni, cui competit ius patronatus  
in beneficio quod alicui, per institutionem,  
conferendum est.

#### *Quid est Ius Patronatus?*

Ius patronatus est, potestas præsentandi insti-  
tendum ad beneficium Ecclesiasticum, simplex  
& vacans, Hostiens. in §. quid sit, hoc tit.

#### *Quot modis accipitur Ius Patronatus?*

Varijs modis. Primò: pro iure præsen-  
tandi institendum. Altero: pro iure, quod ac-

Z z 5      qui

